




Ec. 35.  
Q







81/031

DVO EPITA

PHIA, ALTERVM

LATINIS VERSI-

bus a Georgio Sabi-

no, alterum græcis a

Matthia Illyrico

scriptum.

ANNO. M. D.

XXXVI.



## EPITAPHIVM.



ILLVSTRISSIMVS  
Princeps ac Dominus, Do-  
minus Ioachimus. I. Ele-  
ctor, & sacri Romani im-  
perij Archicamerarius,  
Marchio Brandenburgensis,  
Dux Stetinensis, Po-  
meraniae, Cassubiorum &  
Vandalorum, Burggrauius  
us Noribergensis, & Rhugia Princeps, qui cum  
sapientia & iusticia excelleret, ditionem suam multis  
ornamentis reddidit florentiorē, magno consilio &  
magna virtute pacem conseruauit, vt merito pa-  
triae pater ab vniuersa ditione haberetur. In Ro-  
mano imperio propter excellentem sapientiam, Et  
eloquentiam, & apud Imp: Maximilianum Cæs.  
Aug: & apud Imp: Carolum V. Cæs: Aug:  
summa eius fuit autoritas. Exemptus est rebus hu-  
manis. Anno M. D. XXXV. Cor-  
pus in hoc tumulo eximia pietate condi-  
derunt eius filij, Illustrissimi Principes  
Ioachimus. II. Elector & Iohan-  
nes, Marchiones Bran-  
denburgenses  
& c.

AVTORE GEORGIO  
SABINO.

Hic Ioachime tui sita corporis ossa quiescunt  
Marchio, qui primus nominis huius eras.  
Nullus in imperio fuit obseruantior æqui,  
Nec patriæ rexit mitior alter opes.  
Sanguine cum pascant animos & cæde Tyranni,  
Quos fera plus hominum bella salute iuuant  
Publica tranquillæ tu commoda pacis amasti.  
Nulla tuo strages ædita Marte fuit.  
Cum tamen vlcisci tua dextera debuit hostem,  
Acer eras, quanquam bella perosus eras.  
Autor es, infesti quod non timet arma latronis,  
Per tua qui carpit regna viator iter.  
Nam consueta diu prædis ac viuere rapto  
Te graue supplicium vindice turba dedit.  
Quin etiam facundus eras, Germania nouit,  
Eloquiū fuerit gratia quanta tui.  
Nestoris es linguæ dulcedine nomen adeptus,  
Ut tuus Aeacidæ nomen Achillis auus.  
Marchia, Cæsareis te legibus auspice gaudens,  
Sustulit è patrio barbara iura foro.  
Gymnasiumq; recens fundasti, docta iuuentus  
In quo Cecropiæ Palladis arma colit.  
Ergo prius Sueuus mutabit & Odera cursum,  
Per tua qui liquidis regna feruntur aquis.  
Ceruleusq; retro sua cornua flectet Haueus,  
Quam virtutis erit fama sepulta tuæ.  
At pia nunc animæ concedat gaudia Christus,  
Qui tibi confugium spesq; salutis erat.

A ij      Autore

Autore Matthia Illyrico.

Ενθάδ' ὁ μαρχιόνων πρῶτον κληθείς Ἰοάχιμ  
κοιμᾶσθαι τὸ ἐὸν κάλλιπε σῶμα θανῶν  
αὐτὰρ ἐς οὐρανίους αὐτὸς κενεῶνας ἀπῆλθε  
κεῖθι παρεζόμενος ταῖς θαλίησιν θεῶν  
ἀλλὰ μαθῶν ποθέει, τὸ εἶνεκα, ἥτι ποθ' ἔρξας  
αἰδῖον μακάρων τοῖον ἔκυρσε γέρας  
τοῦνεκα, εὐσεβέως θεῖας φιλέσκειν ἐφετμάς  
καὶ διάπαντός ἐης φρεσὶ πέποιθε θεῶ  
τοῦνεκα, ἐνομίην πρόφρων, νέμεσίην τε τίεσκε  
πᾶσιν δίκαια νέμων οὕτω τε δωροφάγος  
εἰσὶ καὶ ἄλλ' ἀρεταί, ταῖς ἐν θνητοῖσιν κέκασο  
ἐκ πολλῶν ἄ ὀλίγας σύνθεο τάσδε νόω  
ἦν ἀγανὸς κάρτα πρᾶπιδασὶ καὶ αἰσιμα, εἰδῶς  
ῶν κρατέων λαῶν ἥπιος ὡσε πατήρ  
οὐποτε χερσὸδίκης, οὐθ' αἵματι χεῖρα μιάινων  
οὐδὲ τιν' ἀνσῆρας πρὸς κακόχαστον ἔρι  
ἀλλὰ δίκης ἐράσας καὶ εἰρήνης ἐρατῆνης,  
τούσ σφεας ἀσφαλεῖ ἀμφίεπ' ἀγλαίην  
οὐ μόντ' ἂν τρομέων ὡς ἀπῆόλεμος καὶ ἀκικυς  
ἂν ποτε δυσμενέων ὕβρις ἀασε κακῆ  
αὐτὰρ ἐσάντα ἰῶν, τίσων κρατερόφρονι θυμῶ  
ἀνσορέσας κεφαλὰς ἤρετο ἐυρὺ κλέθ  
τῶ καὶ ἤελάσας χώρης δηλήμονας ἀνδρας  
ἀτρομέως



ἄτρομέως ἀνά μιν θῆκεν ὀδοιπορέην  
ἔσθε καὶ ἠδυνεπῆς, μάλα καὶ πέπνυμένα βάξει  
αὐδάζων λιγυρῶς πᾶν κατὰ μοῖραν ἐπὶ  
Νέσσορα λέξασθ' εὐτάρ γαρυέντ' ἐπακούσθαι  
ἠδ' ὕμῳ μάλα ζεχέην νεκτάρ ἀπὸ σώματος  
καὶ γὰρ ἐκρ' περὶ μὲν βαλῆ περὶ καὶ ἀγορεύειν  
καὶ φρεσὶ χεῖρ' αἰεὶ πευκαλίμησιν ὄχα,  
τῶν ἐγνων βασιλῆς, ἠγῆτορες ἠδὲ μέδοντες  
τοῖ μιν ἕως ἡνδρα ὡς θεῶν εἰσοσώων  
ἦν δὲ καὶ ὀρθονομῶν τῶν καὶ ζῆσε θέμιστας  
βαρβαρικὰς, ἐξ ἄγων καίσαρος αὐτε νόμους  
καὶ μουσῶν αὐτῶ ἱοὶ φίλοι ἦσαν ἀγῶνες  
τῶνεκα δὴ τῶν νῶν ἔρψε κλυτὸν  
ἔνθα καθεζόμεναι ὅπα λησιόεσσαν ἰῆσαι  
θέλγεσθον κραδίω καὶ φρένας ἠϊθέων  
ὄπποδ' ἐ μὲν γλῶσσᾶν τε νόον τε κειασμῶν ἀνδρες  
ὡς ἐκ δ' ἄρα τῶν ζελορεῦντο λόχῳ  
τῶν τοι ὅρ' ἔνεκερ δοιὰς ζωῆς λάχε μοίρας  
ἀμφὰς, θνητὸς ἔων, εἰσὰδ' ἀθανάτῳ  
ἔνθα μὲν ἐν κληῖ διαγῶν ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν  
εἰσόκε τοι βιάδρος τυγχάνῃ ἰκμάδ' ἔχωρ  
κεῖθι δὲ ἀενάως θεῶν ἀντιτύποισιν ὀπωπᾶις  
ἀρξήσασ' ἔτεῳσ' ἔρησετ' ἐν εὐφροσύνῃ  
ὄντω καὶ παρεῶν καὶ ζυ παρεῶν ἐτι μάλλον  
ζῶν ἐνὶ χρισῶ, εἰς ὅρ' ἐολπερ' αἰεὶ

EPITAPHIUM NOBILISSIMAE

Dominae Magdalenae, filiae illustris Saxoniae  
Ducis Georgij, Coniugis Illustrissimi principis Ioachimi II. Marchionis  
Brandenburgensis,  
Autore Georgio Sabino.

Hospes ad hoc venies casu quicumq; sepulchrum,  
Quae fuerint vitae perlege fata mea.  
Ipsa sub hac capio quae mole sepulta quietem,  
Marchiaci quondam principis vxor eram.  
Et vetus a magnis ducibus genus orta trahebam,  
Protegitur quorum Saxona terra manu.  
Acer erat bello genitor meus, acrior armis  
Aspera cum Phrysijs praelia fecit auus,  
Caesareumq; sua iuuenem virtute redemit,  
Is cum Brugi tua captus in vrbe fuit.  
Nec minus illustris materno gloriator ortu,  
Mater Sarmatici filia regis erat.  
Saepe rebellantes cuius victoria Moscos  
Compulit imposito subdere colla iugo.  
Vix egressa fui sextae trieteridis annos,  
Quo domino nupsi tempore sponsa meo.  
Hoc sine labe duo cum coniuge lustra peregi,  
Legitimi seruans foedera casta tori.  
Quinq; mares, formaq; duas praestante puellas,  
Ex ipsa coniunx me pariente tulit.  
Quin & in hoc numero natos enixa gemellos,  
Gloria foecundae rara parentis eram.  
Qui superant, columen regni dominosq; futuros,  
Hos precor vt seruent numina summa patri.  
Vivacq;

Viuāq; sinceræ cultum pietatis amabam;  
In te spesq; meæ Christe salutis erat.  
Cuius vt in gremio nunc morte soluta quiescam,  
Summa animi semper vota fuere mei.  
Concedes igitur cœlestis munere vitæ  
Vt possim tecum maxime Christe frui.

Vierde Buch  
in sechs Theilen  
C. 1. 2. 3. 4. 5. 6.  
C. 1. 2. 3. 4. 5. 6.  
C. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

C. 1. 2. 3. 4. 5. 6.  
C. 1. 2. 3. 4. 5. 6.  
C. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

C. 1. 2. 3. 4. 5. 6.  
C. 1. 2. 3. 4. 5. 6.  
C. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

C. 1. 2. 3. 4. 5. 6.  
C. 1. 2. 3. 4. 5. 6.  
C. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

C. 1. 2. 3. 4. 5. 6.  
C. 1. 2. 3. 4. 5. 6.  
C. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

C. 1. 2. 3. 4. 5. 6.  
C. 1. 2. 3. 4. 5. 6.  
C. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

C. 1. 2. 3. 4. 5. 6.  
C. 1. 2. 3. 4. 5. 6.  
C. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

C. 1. 2. 3. 4. 5. 6.  
C. 1. 2. 3. 4. 5. 6.  
C. 1. 2. 3. 4. 5. 6.



Cl 3526


ULB Halle 3  
002 643 308



ME







811031

**DVO EPITAPHIA,** ALTERVM  
LATINIS VERSIBUS a Georgio Sabiano,  
alterum græcis a Matthia Illyrico  
scriptum.

ANNO. M. D. XXXVI.

